

1639. Ex Regest. in Secret. Breu.

Sequitur Breve deputationis favore personae a praedicto Conæto feligendæ.

Dilecto filio Georgio Conæto Clerico, seu Presbytero Scoto.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Precemium prout in praecedenti.

R Omani Pontifices gerentes in terris vices ejus, qui relictis nonaginta novem ovibus in deserto, abiit ad unam, qua perierat: postquam Regnum Angliæ ab ovile Ecclesiæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ secessit, anxii semper, & solliciti fuerunt, ne pusillus grex, quem sibi in eo Regno præservavit Dominus a caulis catholica fidei, aut christianæ unitatis, & charitatis aberret; ac proinde aliquos pro temporum diversitate catholicis in eo Regno degentibus præferunt, qui eos in spiritualibus dirigerent, & prout opus esset, alios in fide stabilirent, & confirmarent, alios humeris impositos ad gregem deportarent.

Deputatio de qua in rubrica.

§.1. Nos, quos pro officii nostri ratione eadem sollicitudo urget, attendentes, nullum ad præsens in Angliâ existere, qui commissa a Nobis auctoritate simile munus exerceat, volentes propterea aliquem in eo Regno esse, qui sub Præpositi nomine interea, dum Sanctæ Sedi Apostolicæ ita expedire videbitur, Catholicos in spiritualibus dirigat, querentibusque, aut indigentibus spirituale solamen prompte impendat, de tua fide, prudentia, integritate, catholica religionis zelo, & doctrina plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, matureque deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, te Præpositum in Angliâ Regno prædicto constituimus, & nuncupari volumus, tibi que, ut omnibus Catholicis in d. Regno existentibus, sive iis, quos pro tempore existere contigerit ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum in spiritualibus præsis, et tamquam director spiritualis cum facultatibus propediem submitteendis præsideas, licentiam, et potestatem, tenore præsentium concedimus, & impertimur.

Derogatio contrariarum

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Septem. 1639. An.XVII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima Sept. 1639. Pontificatus nostri Anno Decimoseptimo.

In locum Episcopi Pisaurum. subrogatur Gaspar Archiepiscopus Athenarum, apud Ferdinandum Rom. Regem in Imperatorem electum Nuncius, ut ipse Archiepiscopi Treverem. processum videat, et consideret.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Ven. Fratri Gaspari Archiepiscopo Athenarum apud charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Postquam annis retroactis non sine animi nostri molestia Nobis innotuerat, Venerabilem Fratrem Philippum Christophorum Archiepiscopum, et Electorem Treverem., ac Episcopum Spiren., Monasteriique Sancti Maximini Ordinis Sancti Benedicti ejusdem Diocesis Treverem. Commendatarium per Milites charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici fuisse captum, et detentum; Nos pro nostri pastoralis officii debito providere volentes, ut personæ, dignitatisque pontificali, libertatisque ecclesiasticæ, ac justitiæ consulere, iustissimum, et mandavimus Venerabili Fratri Malatestæ Episcopo Pisaurum nostro apud præm. Ferdinandum Secundum in Imperatorem electum residenti Nuncio, ut eundem Philippum Christophorum Archiepiscopum, et Electorem Treverem., et Episcopum Spiren., qui etiam tunc de facto detinebatur, imposterum nomine nostro, et Sedis Apostolicæ in custodiam reciperet, et detineret, prout latius in nostris literis in simili forma Brevis sub Annulo Piscatoris, die ultima Junii Anno 1635. expeditis continetur.

Recente mandatum sub die 30. Jun. 1635. Episcopo Pisaurum datum.

§.2. Præterea idem Malatesta Nuncius in executionem prædictarum nostrarum literarum ipsum Philippum Christophorum, etiam ad instantiam ejusdem Ferdinandi II. in Imperatorem electi in custodiam recepit, & per aliquot annos detinuit.

In cuius executionem idem Episcopus per aliquot annos in custodiam detinuit Archiepiscopum Treverem.

§.3. Cumque detentio, & custodia prædicta spatio Biennii, ac majoris temporis perdurasset, & tamen usque tunc nihil deductum, nec minus probatum fuisset, propter quod ipse Philippus Christophorus Archiepiscopus Elector, & Episcopus juxta canonicas sanctiones esset detinendus.

Cum tamen usque tunc nihil probatum fuisset.

§.4. Nos calamitatibus, ac damnis tam personæ dignitatis pontificalis, & electoralis, quam suis Ecclesiis insignibus prædictis, ut per suas literas Nobis pluries scriptas idem Philippus Christophorus affirmabat, de facto illatis paterna charitate compatientes, ipsiusque, & suarum Ecclesi-

Ideo Pontifex mandavit, ut dimitteretur.

1639.

clesiarum prædictarum indemnitati, quantum Nobis ex alto concedebatur, consilere volentes, eidem Malatestæ Nuncio dedimus in mandatis, ut eundem Philippum Christophorum aperta defensione, & custodia dimitteret, & liberaret, ut apud suas Ecclesias residere animasque Christiani-fidelium sibi commissas verbo, & exemplo pascere posset, prout latius in literis nostris in simili forma Brevis sub Annulo Piscatoris sub die decimasextima Decembr. 1637. continetur.

Cum facultatibus eidem Episcopo lites in Rom. Cur. non pendentes componendi.

§.5. Insuperque per alias nostras literas, eidem Malatestæ Nuncio directas facultatem decidendi, & componendi lites, ac differentias ejusdem Philippi Christophori, illasque non tamen in Romana Curia pendentes, terminandi concessimus.

Cum tamen idem Episcopus nihil lucratum gessisset.

§.6. Verum, quia inimico hominis Zizania disseminante, hæc nostræ adhuc effectum suum non sunt sortitæ; Idcirco, ut tandem post lapsum quinque annorum prædicta detentio juxta reiteratas instantias ejusdem Philippi Christophori Archiepiscopi Electoris, & Episcopi suis literis Nobis factas cesset cum etiam hæctenus coram Nobis non fuerit aliquid deductum, nec probatum, propter quod ipse Philippus Christophorus de jure detineri debeat, fraternitatem tuam in locum ejusdem Malatestæ quoad præmissa in omnibus, & per omnia, etiam quoad ipsam Philippi Christophori Archiepiscopi Electoris, & Episcopi prædicti consignationem subrogamus, ac remota omni, & quacumque appellatione, etiã non frivola procedendi, ac quæcumque omnia, & singula faciendi, & exercendi, ac exequendi, que super præmissis omnibus, & singulis, eorumque incidentibus, emergentibus, & connexis erunt quomodolibet necessaria, & opportuna facultatem, & auctoritatem plenam, & amplam, tenore præsentium fraternitati tuæ concedimus, & impertimur.

Deputat Archiepiscopi Athenarum.

Derogat obstantibus.

§.7. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis universalibus, ac alias editis etiam Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulis, etiam individuum derogationem requirent., ac re: me: Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, privilegiis quoque, indultis, ac statutis, etiam juramento confirmatis, ac confirmatione apostolica roboratis, consuetudinibusque, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque, quorum omnium, & singulorum tenores pro plene expressis, & insertis habentes, illis ad præmissorum effectum plenissime derogamus.

Dat. die 23. Septem. 1639. An.XVII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die 23. Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno XVII.

Episcopo Civitatis Castellæ committitur Inquisitio in Rempublicam Lucanam super nonnullis attentatis contra libertatem Ecclesiasticam.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Venerabili Fratri Casari Episcopo Civitatis Castellæ.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum, sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, Antiani, Vexillifer, Justitiæ, & Reipublicæ Lucan. aliqua fecerint, seu per eorum Officiales, & Ministros fieri jusserint in spretum Cardinalitatis, & Episcopalis, que in dilecto filio nostro Marco Antonio tituli Sancti Clementis S. R. E. Presbytero Cardinali Franciotto nuncupato Ecclesiæ Lucan. ex concessione, & dispensatione apostolica Præfule residet, dignitatis, ex quibus immunitas, & libertas Ecclesiasticæ cum Christiani-fidelium scandalo, Sacrorum Canonum, ac Conciliorum universalium, & Apostolicarum Constitutionum etiam in die Cænæ Domini legi solitarum transgressione poenarum, & censurarum in illis comminatarum, etiam inflictarum incurfu læditur, & violatur.

Antiani, & Ministri Reipublicæ Lucanæ immunitatem ecclesiasticam violaverunt.

§.2. Nos, qui dictam Rempublicam ob ejus singularem catholicam religionis zelum, & erga personam nostram, ac Sanctam Sedem hanc observantiam, & obedientiam, semper sincere in Domino dileximus, & diligimus, valde dolemus, cogi nos propter indebitos Magistratum, & Officialium ipsius Reipublicæ propriæ salutis oblatorum actus nonnullorum iniqua consilia, contra istos, & illam canonicè animadvertere, sed cum immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ supremi Judices, & defensores a Domino constituti simus, impunitam perturbatorum, & violatorum, ejus audaciam nequaquam relinquere debemus; Itaque de expectata tua in nostris, & Sanctæ Sedis negotiis tibi pro tempore commissis fide, prudentia, integritate, & doctrina plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, ac mature deliberatione nostris, deque apostolice potestatis plenitudine, tibi harum serie committimus, & mandamus, ut quamprimum ad Civitatem Lucan., aut alium locum prout tibi expedire videbitur, & placuerit, & extra temporale dominium Reipublicæ hujusmodi te conferas, & inibi causam, & causas super omnibus, & singulis præmissis, ceterisque in derogationem, & violationem immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ quomodolibet perpetratis, & forsan, quod Deus avertat, perpetratis, ac inde sequentis, & forte sequentibusque aliis ex processu desuper facientibus quomodolibet resistan. cum omnibus suis, & il-

Hujus Cause cognitionem Episcopo Civitatis Castellæ committit Urbanus.



& illarum incidentibus, emergentibus, connexis, & annexis, tam conjunctim, quam divisim, & tam ad instantiam dilecti filii Francisci Castagnacci, quem in procuratorem seu promotorem, in causa, & causis hujusmodi deputavimus, & quatenus opus sit, etiam deputamus, quam ex Inquisitione, & Officio, & aliis prout tibi videbitur motas, & movendas contra Antianos, Vexilliferum Justitiae, Consiliarios, Judices, Ministros, & Officiales quoscumque Reipublicae, & Civitatis Lucan. praedictarum, ceterosque quolibet tam Laicos, quam Clericos seculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, ac Militiae, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, regulares quantumlibet exemptos, etiam speciali nota, & individua expressione dignos, quoquo modo in praemissis culpabiles, eorumque complices, & fautores, & qui in praemissis opem, auxilium, consilium, & favorem, quovis modo praestiterunt, vel praestiterint, ac etiam, ut praemissa hujusmodi fierent, vel fieri mandaverunt, vel mandaverint, aut commissionem, vel mandatum tam verbo, & ore tenus, quam in scriptis, & aliis quomodolibet dederunt, vel dederint, quacumque dignitate mundana, vel ecclesiastica fulgeant, ac cujuscumque status, gradus, conditionis, & praecminentiae existant, & si tales sint, qui in generali dispositione non comprehendantur, sed speciali, & individua mentione indigeant, quorum omnium, & singulorum nomina, cognomina, dignitates, qualitates, & praecminentias hic haberi volumus pro expressis aliisque in executione praesentium nominandos, etiam summarie, simpliciter, & de plano, ac sine figura, & strepitu Judicii non servatis quibusvis juris communis, & municipalis, ac legum, statutorum, & filiorum quorumlibet, solemnitatibus, & formalitatibus, etiam substantialibus, ipsisque Reipublicae, Antianis, Vexillifero, Consiliariis, Judicibus, Ministris, & Officialibus, aliisque praedictis etiam per edictum publicum, confitto etiam summarie extrajudicialiter, ac quantum tibi sufficere videbitur de non tutu accessu, tam conjunctim, quam divisim citatis cognoscas, audias, decidas, & sine debito termines, ac Antianos, Vexilliferum, Consiliarios, Judices, Ministros, & Officiales Reipublicae, & Civitatis Lucan. praedictarum, & quoscumque alios culpabiles in praemissis repertos, in poenam etiam excommunicationis majoris, a qua non nisi a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti, & tunc cum reincidentia ipso jure, quatenus convalescat, absolvi possint, aliasque poenas, & censuras ecclesiasticas a Sacris Canonibus, & Conciliorum universalium, & Apostolicis Constitutionibus, etiam in die Coenae Domini legi solitis contra similia perpetrantes, eorumque complices, fautores, & ceteros, qui illis, vel eorum alicui

consilium, auxilium, favorem quomodolibet praestiterunt, vel praestiterint, seu ut talia fierent, vel fieri jusserunt, & mandaverunt, seu jusserint, & mandaverint, ut praefertur, latas, comminatas, & inflictas, necnon amissionis, & privationis quorumcumque dignitatum, honorum, privilegiorum, ac etiam jurium, & bonorum quorumcumque, si quae forsan a Romana, vel aliis Ecclesiis, & Locis Piis, in feudum emphiteusum, aut alias quomodolibet concessa habent, incidisse, & incurrisse declares, & publices, ac sic declaratos, & publicatos ab omnibus tamquam membra putrida, ac a communiione fidelium, & mistico Ecclesiae corpore recisa, omnino vitare debere decernas.

§.3. Sicque Antiani, Vexillifer, Consiliarii, Judices, Officiales, & Ministri Civitatis, & Reipublicae praedictae, infra terminum a Te eis praefigendum sententiae per Te contra illos tam conjunctim, quam divisim ferendae, vere, realiter, & cum effectu non paruerint, & excommunicationem sic a Te declaratam animo, quod abit, sustinerint induratum, tunc eadem sententiam aggravant Civitatem Lucan., ac quatumque Oppida, Terras, Castra, & loca, universumque temporale dominium dictae Reipublicae, Ecclesiastico supponas, & subicias interdito, ac supposita, & subiecta esse, & fore nuncies, & declares, ac decernas, aliaque omnia, & singula in praemissis, necessaria, & quomodolibet opportuna geras, facias, & exequaris, ac exequi cures, etiam omni, & quacumque appellatione, reclamazione, recursu, nullitate, etiam ex tribus, aliisque remediis ordinariis, & extraordinariis penitus, & omnino remotis.

§.4. Nos enim tibi in praemissis, necnon ad eruendam rerum gestarum, & forsan gerendarum veritatem, quoscumque tam laicos quavis dignitate, ut praefertur, praeditos, quam Clericos seculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, ac Militiae, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, regulares, & qualitercumque exemptos, ceterasque, quascumque personas ecclesiasticas, etiam speciali nota dignas non solum in dicta Civitate Lucan. ejusque districtu, & ditione, sed etiam in aliis Civitatibus, & locis finitimis, seu contiguis, & vicinis, ac alibi etiam extra temporale Dominium dictae Reipublicae commorantes, & ubivis locorum existentes, ad perhibendum testimonium veritati super praemissis omnibus, & singulis per opportuna juris, & facti remedia, ac per censuras, & poenas ecclesiasticas, cum iis nimirum personis, cum quibus ita expedire judicaveris cogendi, & compellendi, plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, & potestatem, earundem tenore praesentium concedimus, & impertimur.

§.5. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Eccle-

Cum facultatibus contra non parentes ad alias graviores causas procedendi

Necnon etiam facultate concedit compellendi, quotieslibet ad testimonium perhibendum.

Mandatum de ei parendo.

Ecclesiarum Praelatis, & personis ecclesiasticis quibuscumque, ceterisque Nobis, & Sedi praedictae in spiritualibus, aut temporalibus quoquo modo subiectis, in virtute sanctae obedientiae, & sub poenis arbitrio nostro declarandis, ut Tibi, tamquam nostro, & dictae Sedis Commissario, in praemissis, & nominatim in illis, in quibus tu eos ex parte nostra hanc ob rem requisiveris, pareant, faveant, & assistant, necnon ad exequen. mandata nostra hujusmodi auxilium, & favorem opportunum prompte praestent, & exhibeant.

§.6. Non obstant. fel. rec. Bonifacii Papae VIII. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Institutuum, & Militiarum quorumlibet, ac ipsius Reipublicae, & Civitatis Lucan., ac quarumvis aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilitis, usibus, & naturis, ac ordinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis dictae Civitati, & Reipublicae Lucan. Antianis, Vexillifero, Consiliariis, Judicibus, & Ministris, aliisque praedictis tam conjunctim, quam divisim, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium praemissorum, etiam pluries, & iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa; non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio, vel alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo, ad verbum infererentur praesentibus pro expressis, & insertis, & formam hujusmodi pro servata habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si Civitati, & Reipublicae Lucan. hujusmodi, ac Antianis, Vexillifero, Consiliariis, Judicibus, Officialibus, & Ministris, aliisque praedictis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad parendum alicui cogi, vel compelli, aut quod citari, seu Judicium eorum Judicibus de eorum consensu non deputatis etiam a Sede Apostolica evocari, vel quod interdicti, suspendi, aut excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de ver-

Obstantibus derogat.

bo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualitercumque alia ejusdem Sedis indulgentia generali, vel speciali per quam praesentibus non expressa, vel totaliter non incerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, ejusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno XVII.

Dat. die 24. Septembris 1639. An. XVII.

DCXXIX.

In idem Argumentum, addita nonnullarum facultatum concessione eidem Episcopo Pisaurino, Judici delegato.

Ex Reg. in Secret. Brev.

Ven. Fratri Casari Episc. Civitatis Castell.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater salutem, & apost. benedictionem.

§.1. CUM, sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, inter dilectos filios nostrum Marcum Antonium tituli Sancti Clementis S. R. E. Praebyterum Cardinalem Franciottum nuncupat. Ecclesiae Lucanae ex concessione, & dispensatione apostolica Praesulem ex una, necnon Antianos, Vexilliferum Justitiae, & Rempubicam Lucanam partibus altera, nonnullae similitates, & controversiae versantur, quarum occasione quadam in odium ipsius Marci Antonii Cardinalis, ejusque Cardinalitiae, & seu Pontificalis dignitatis contemptum per Antianos, Vexilliferum, & Rempubicam hujusmodi, seu ipsorum jussu, vel permisso per eorum Officiales, & Ministros commissae esse dicuntur, de quibus fama, & clamor ad Nos jam pervenit, & ex quibus iurisdic-tio, & immunitas ecclesiastica cum Christifidelium scandalo, Sacrorumque Canonum, & Conciliorum, & Apostolicarum Constitutionum transgressione, poenarumque, & censurarum in illis comminatarum, & inflictarum incursum laeditur, & violatur.

Causa inter Card. Franciottum, & Remp. Lucanam super violatione immunitatis ecclesiasticae pendens

§.2. Nos pro pastoralis officii nostri ratione de praemissis diligenter inquiri, ac jurisdictionem, & libertatem ecclesiasticam, ejus custodes, & defensores a Domino constituti sumus, adversus quoscumque violatores, & perturbatores, opportunis juris remediis tueri, & asserere volentes, de spectata tua in nostris, & hujus Sanctae Sedis negotiis tibi pro tempore commissis fide, prudentia, integritate, & doctrina plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolice potestatis plenitudine, te nostrum, & Sedis praedictae Commissarium, ad inquirendum super praemissis omnibus, & singulis, ceterisque in derogationem jurisdictionis, & libertatis ecclesiasticae quomodolibet per-

Episcopo Civitatis Castell. li d. judicanda committitur.



1639.

perpetratis, & forsan perpetrands, & quibuscumque inde sequentibus, & forte sequendis, ac ad infra scripta etiam faciendum, & exequendum, tenore presentium ad nos, & dictae Sedis beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus;

Mandatum eidem Episcopo de se statim Lucan. conferendo.

§.3. Mandantes tibi, ut assumpto te, cum aliquo Notario dilecti filii causarum Curiae Camerae nostrae Apostolicae generalis Auditoris, necnon aliquo viro probo, & perito, qui dilecti pariter filii Procuratoris Fisci nostri vices hac in causa gerat, & aliis tibi benevisis quamprimum ad Civitatem Lucan. recto tramite, ac omni mora, & impedimento sublatis, te conferas, & ibi, vel in alia Civitate, & loco per te ad hoc, arbitrio tuo eligendo, super praemissis omnibus, & singulis diligentem, & fidelem informationem, & inquisitionem capias, processus quoscumque contra ipsos Antianos, & Vexilliferum, & alios dictae Reipublicae Consiliarios, Officiales, Iudices, & Ministros, necnon particulares personas, tam laicos, quam clericos seculares, & cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti Regulares quantumlibet exemptos, etiam speciali nota, & expressione dignos, & ceteros quoscumque in praemissis culpabiles, eorumque complices, & fautores, & qui in praemissis huiusmodi auxilium, consilium, & favorem, quovis modo praestiterint, quavis dignitate mundana, vel ecclesiastica fulgeant, etiam si tales sint, qui in generali dispositione non comprehendantur, sed speciali mentione indigeant, quorum omnium, & singulorum nomina, cognomina, dignitates, & praerogativas hic haberi volumus pro expressis tam conjunctim, quam divisim formes, fabrices, atque pericias indicia, probationes, informationes, tam verbo, & oretenus, quam alias in scriptis, & per inspectionem ocularem, vel tamquam super notorio, necnon examen, & depositiones testium super eisdem summas, atque recipias.

Facultas quoscumque ad testimonium perhibendum compellendi.

§.4. Ac quoscumque tam laicos quavis dignitate, ut praefertur, praeditos, quam clericos seculares, & cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti Regulares, etiam quantumlibet exemptos, ceterasque quascumque personas ecclesiasticas, etiam speciali nota dignas, ut praefertur, non solum in dicta Civitate, ejusque districtu, & ditone, sed in aliis Civitatibus, & locis finitimis, seu illi contiguis, & vicinis, ac alibi, etiam extra dominium dictae Reipublicae commorantes, & ubicumque locorum existentes ad perhibendum testimonium veritatis super praemissis, & aliis supra dictis per opportuna juris, & facti remedia, ac per censuras, & poenas ecclesiasticas, cum his nimirum personis, cum quibus tu ita opus esse judicaveris, auctoritate nostra cogas, & compellas.

Nonnullae alicuius facultates.

§.5. Dantes tibi insuper facultatem, & potestatem, tam conjunctim, quam divisim, Antianos, Vexilliferum, & Consiliarios huiusmodi dictae Civitatis, & Rei-

publicae Officiales, Iudices, & Ministros, aliosque culpabiles quoscumque citandi, monendi, & requirendi, ad personaliter, seu legitime, per Procuratorem respective comparandum, & se etiam presentandum, infra terminum aliquem competentem, arbitrio tuo praefigendum, coram dilecto filio Magistro Octaviano Raggio Casarum Curiae dictae Camerae Apostolicae Generali Auditore literarumque, & Sententiarum Apostolicarum, ac censurarum Ecclesiasticarum, exequutore ad ostendendum, & docendum se citationi, monitioni, & requisitioni huiusmodi realiter, & cum effectu paruisse, alioquin ad audiendum, & declarari videndum ipsos, poenas, sententias, & censuras praedictas, respective incurrisse, vel ad dicendum, & allegandum causam si quam habent rationabilem, ob quam praemissa facere minime teneantur, & quare ad executionem dictarum poenarum, & ad alia etiam graviora juris remedia per Nos, cum opus fuerit, declaranda, propter praemissa contra eos procedi, & deveniri non debeat, cum monitione, quod ipsis non comparentibus in terminis praefigendis, procedatur ad declarationem incursum excommunicationis, & interdicti respective illorum contumacia non obstant, & successive ad publicationem, & invocationem quatenus opus erit, auxilium brachii secularis sine remissione.

§.6. Quatenus vero ad Civitatem Lucan. praedictam, & alia loca dictae Reipublicae subiecta tutus accessus non pateat, per easdem praesentes tibi praecipimus, & mandamus, ut confito de hoc, quantum tibi sufficere videbitur, te ad aliquem locum proximum, & securum arbitrio tuo conferas, & ibi praedicta omnia, & singula de expressis mandato, & auctoritate nostris apostolicis facias, geras, & exequaris, & supra dictos omnes, ac ipsorum quemlibet etiam absentes, & contumaces, ipsosque adeo Antianos, Vexilliferum, Consiliarios, Officiales, Iudices, & Ministros huiusmodi aliosque culpabiles cites, moneas, & requiras, ut praefertur, per affixionem ad valvas, aut per publica edicta in duobus vicinioribus locis ubi tutus erit accessus per te eligenda se presentandum, & excusandum, ut praemittitur, coram dicto Magistro Octaviano Auditore, & ad omnes, & singulos actus in eadem causa usque ad sententiam inclusive faciendos, cum eadem monitione, quod ipsis non comparentibus procedatur, ut supra, ipsorum contumacia non obstant, & contra quoscumque super praemissis, ut praefertur, inquiras, & procedas, culpabiles vero reprobos respective carceres, detineas, & sufficientibus praecedentibus iudicis riguroso examini subiicias, vel in dicta Civitate, aut alibi captos, sub bona, & fida custodia teneas, vel si ita tibi expedire videbitur, ad Almam Urbem nostram transmittas, seu ad praestandum fidei iuramentum de se presentando in eadem Urbe, coram eodem

1639.

1639.

1639.

dem Magistro Octaviano Auditore, & inde sine illius expressa licentia non recedendo, & alias arbitrio tuo cavendum similiter cogas, & compellas, aliaque geras, facias, & exequaris, quae pro habenda rei veritate necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna; Quidquid autem in praemissis repereris, in scriptis redigas, & processum manu Notarii praedicti conficias, confectumque, & in autentice formam redactum ad Nos quamprimum transmitti cures. Nos enim super omnibus, & singulis praedictis plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, & potestatem, ac eam quam Nos ipsi, si praesentes essemus, in praemissis exerceremus, eisdem auctoritate, & tenore tibi concedimus, & impertimur.

Mandatum de eidem Episcopo pariendo.

§.7. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac aliis Ecclesiarum Praelatis, & personis ecclesiasticis quibuscumque, ceterisque Nobis, & Sedi praedictae in spiritualibus, & temporalibus quoquo modo subiectis in virtute sanctae obedientiae, & sub poenis arbitrio nostro declarandis, ut tibi tamquam nostro, & dictae Sedis Commissario in praemissis, & nominatim in illis, in quibus tu eos ex parte nostra hanc ob rem requisieris pareant, faveant, & assistant, necnon ad exequendum mandata nostra huiusmodi auxilium, & favorem opportunum, prompte praestent, & exhibeant.

Obstantium derogatio.

§.8. Non obstant. fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali de duabus dietis, aliisque Apostolicis, & in Conciliis Universalibus Provincialibusque, & Synodalibus editis generalibus, & specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, & Institutuum quorumcumque, ac ipsius Civitatis, & Reipublicae Lucan., & quarumvis aliarum Civitatum, terrarum, & locorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, legibus, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis dictae Civitatis, & Reipublicae Lucan., ac Antianis, Vexillifero, Consiliariis, Officialibus, Iudicibus, & Ministris, aliisque praedictis, tam conjunctim, quam divisim sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium praemissorum, etiam pluribus, & iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis, & formam in illis traditam pro servata habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si Civitati, & Reipublicae Lucan. huiusmodi, ac Antiano, Vexillifero, Consiliariis, Officialibus, & Ministris, aliisque praedictis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad parendum alicui cogi, & compelli, aut quod moneri, requiri, & citari, seu in iudicium coram iudicibus ab ipsis non deputatis evocari, vel interdicti, suspendi, aut excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia ejusdem Sedis indulgentiae generali, vel speciali, per quam praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, ejusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno XVII.

Dat. die 24. Septem. 1639. An. XVII.

DCXXX.

In Idem Argumentum cum additione aliarum facultatum.

Ex Regest. in Secreti. Brevis.

Venerabili Fratri Casari Episcopo Civitatis Castellae

URBANUS PAPA OCTAVUS

Venerabili Fratri salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper a Nobis accepto, quod occasione nonnullarum simultatum, & controversiarum inter dilectos filios nostrum Marcum Antonium tituli Sancti Clementis S. R. E. Presbyterum, Cardinalem Franciottum nuncupatum, Ecclesiae Lucan. ex concessione, & dispensatione apostolica Praesulem ex una, necnon Antianos, Vexilliferum Justitiae, & Rempublicam Lucan. ex altera partibus vertentium, quaedam in odium ipsius Marci Antonii Cardinalis, ejusque Cardinalitiae, & Sacrae Pontificalis dignitatis contemptum, per Antianos, Vexilliferum, & Rempublicam huiusmodi, seu ipsorum iustu, vel permisso per eorum Officiales, & Ministros commissa esse dicebantur, ex quibus iurisdictionis, & immunitas ecclesiastica violatur; Nos de praemissis diligenter inquiri, ac iurisdictionem, & libertatem ecclesiasticam adversus quoscumque

Refert Casu. alias a se Episcopo Civitatis Castellae commissam.

E c viola



1639.

violatores, & perturbatores asserere volentes; Te nostrum, & Apostolicæ Sedis Commissarium, ad inquirendum super præmissis omnibus, & singulis, aliisque in derogationem jurisdictionis, & libertatis prædictæ perpetratis, & forsitan perpetrandis, ac inde sequutis, & forte sequendis ad nostrum, & Sedis Apostolicæ prædictæ beneplacitum constituimus, & deputavimus, tibi que, ut quamprimum ad Civitatem Lucan. te conferres, & ibi, vel in alia Civitate, & loco per te ad hoc arbitrio tuo eligenti super præmissis diligentem informationem caperes, ac processus contra Antianos, Vexilliferum prædictos, & alios dictæ Reipublicæ Consiliarios, Ministros, & Officiales, & cæteros in præmissis culpabiles, eorumque complices, & fautores tam conjunctim, quam divisim formares, atque perfereres; ipsosque Antianos, Vexilliferum, & alios prædictos tam conjunctim, quam divisim, etiam per edictum, si liber ad dictam Civitatem non pateret accessus, citares, moneres, & requireres, ad comparandum per se, vel legitime per Procuratorem coram dilecto filio Magistro Octaviano Raggio causarum Curie Camerae nostræ Apostolicæ generali Auditore, ac Literarum Apostolicarum, & censurarum, poenarumque ecclesiasticarum exequutore, ad docendum se citationi, monitioni, & requisitioni hujusmodi paruisse, alioquin ad audien. & declarare videndum se poenas, sententias, & censuras ecclesiasticas contra similia perpetrantes comminatas, & inflictas incurrisse, vel ad dicendum causam, quare præmissa facere non tenerentur, & ad declarationem hujusmodi contra eos procedi non deberet, & ad omnes, & singulos actus in causa hujusmodi usque ad sententiam inclusive faciendos; Utque processum super præmissis scribi, & conscribi per Notarium dicti Auditoris Generalis ad hoc per te assumptum, ac confectum, & in authenticam formam redactum ad Nos quamprimum transmitti curares, mandavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis die 24. Septembris proxime præteriti desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes uberius continetur.

Aliis addit facultates.

§.2. Nunc autem quo causa hujusmodi celerius cognoscatur, & sine debito terminetur, providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, tibi harum serie committimus, & mandamus, ut causam, & causas prædictas super omnibus, & singulis præmissis, rebusque aliis ex processu ante fabricando quomodolibet resultantibus cum suis, & illarum incidentibus, emergentibus, annexisque, & contextis, tam conjunctim, quam divisim, & tam ad instantiam prædicti Procuratoris, seu Promotoris Fiscalis, quam ex Inquisitione, & Officio, & aliis, prout tibi videbitur,

motas, & movendas, contra Antianos, Vexilliferum, Consiliarios, Judices, Officiales, & Ministros prædictos, aliosque in dictis nostris literis nominatos, & expressos, & cæteros omnes alios in executione præsentium nominandos in præmissis culpabiles, summarie, et de plano, ac sine figura, et strepitu Judicii, solaque facti veritate inspecta, ipsisque tam conjunctim, quam divisim, etiam si per edictum publicum, confito etiam summarie, et extrajudicialiter, et quantum tibi sufficere videbitur, de non tuto accessu, citatis cognoscas, audias, decidas, et sine debito termines, ac Antianos, Vexilliferum, Consiliarios, Judices, Officiales, & Ministros dictæ Civitatis, et Reipublicæ Lucan., ac quoscumque alios culpabiles in præmissis repertos in poenam excommunicationis majoris, a qua non nisi a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice præterquam in mortis articulo constituti absolvi possint, aliasque poenas, & censuras ecclesiasticas prædictas, necnon amissionis, & privationis quorumcumque dignitatum, honorum, privilegiorum, & indulgentiarum, ac etiam jurium, & bonorum quorumcumque, si qua forsitan a Romana, vel aliis Ecclesiis, & Locis Piis in Feudum, aut aliis quomodolibet concessa habent, incidisse, & incurrisse declares, & publices. Et si Antiani, Vexillifer, Consiliarii, Judices, Officiales, & Ministri Civitatis, & Reipublicæ hujusmodi infraterritorium competentem a te eis præfigendum declarationi, & publicationi per te faciendæ non paruerint, & excommunicationem sic a te declaratam animo, quod absit, sustinuerint indurato, tunc sententiam hujusmodi aggravans, Civitatem Lucan., & quæcumque alia Oppida, Terras, Castra, & loca, universumque temporale dominium dictæ Reipublicæ Ecclesiastico interdicto supponas, ac supposita esse, & fore nuncies, & declares, aliaque omnia, & singula in præmissis necessaria, & quomodolibet opportuna geras, facias, & exequaris, etiam omni, & quacumque etiam non frivola appellatione, reclamatione, recursu, nullitate, etiam ex tribus aliisque remediis ordinariis, & extra ordinariis penitus, & omnino remotis. Nos enim tibi desuper plenam, amplam, liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstant, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, literis nostris prædictis, ac omnibus illis, quæ in eisdem literis voluimus non obstare, necnon stylo Curie Romanæ, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno XVII.

Contrariis derogat.

Dat. die 30. Septem. 1639. An. XVII.

Decla-

DCXXXI.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Declarat Lapidem Cogoli vulgo nuncupatos, constandæ Crystalli massæ aptos, qui in Agro Romano ubivis etiam sub terra, seu lapidicinis reperiuntur, comprehendendi inter regalia Sedis, & Camerae Apostolicæ.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontificis spectat officium boni Patrisfamilias exemplo, jura Sedis, & Camerae Apostolicæ facta testata, quantum cum Domino potest, conservare, & ne a quoquam indebite usurpentur, sedulo providere.

Declaratio prout in rubr.

§.1. Cum itaque Nos artem constandæ massæ Crystalli, & inde specularia, Cyathos, & alia opera conficiendi in Alma Urbe nostra, benedicente Domino, ad utilitatem publicam introducere intendamus, & sicut accepimus, in variis tenementis, & casalibus in Agro Romano existentibus Lapidem Cogoli vulgo nuncupati constandis Crystalli massis inservientes reperiantur, qui de regalibus Sedis, & Camerae prædictæ esse dignoscuntur; ne tamen hæc de re apud imperitos dubitari contingat, & ut omnes prætextus ignorantie, quo lapides hujusmodi contra fas, & æquum usurpare, & sibi appropriare volentes cupiditatem suam palliare possent, plane removeantur, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quoscumque Lapidem Cogoli nuncupatos hujusmodi, qui in casalibus, & tenementis Agri Romani prædicti ad quavis personas, & loca etiam pia, & quantumvis privilegiatas, & privilegiata spectantibus, & pertinentibus, sive huc illuc sparsi, sive coocervati, & tam in superficie terræ, quam intra illam, & sub illa, ac in fodinis, & lapidicinis existunt, & reperiuntur, ac in futurum existent, & reperientur, fuisse, & esse, ac respective, fore de Regalibus Sedis, & Camerae hujusmodi, & ad eam pleno jure spectasse, & pertinere, itaut nemini prorsus liceat dictos Lapidem Cogoli ex tenementis, & casalibus, ac fodinis, & lapidicinis hujusmodi absque speciali nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis, ac Ministri ad exercitium artis prædictæ, & ad aperiendum fornacem, seu fornaces in dicta Urbe pro ejusdem artis introductione, & exercitio deputandi licentia colligere, effodere, evertere, extrahere, ac auferre, tenore præsentium declaramus, & quatenus opus sit, decernimus.

Prohibitio dictos Lapidem colligendi.

§.2. Inhibentes propterea omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis sub poenis etiam personalibus, et pecuniariis arbitrio personæ in superintendente artis hujusmodi per Nos deputandæ insipientibus, & applicandis, ne absque dicta licentia Lapidem hujusmodi in locis præfatis quovis prætextu, colore, & ingenio colligere, effodere, vel ex illis evertere, extrahere, & auferre audeant, vel præsumant.

dis, & applicandis, ne absque dicta licentia Lapidem hujusmodi in locis præfatis quovis prætextu, colore, & ingenio colligere, effodere, vel ex illis evertere, extrahere, & auferre audeant, vel præsumant.

§.3. Ac decernentes, præsentibus literis etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes illis non consentiant, minuste ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas præsentibus literæ emanarunt, adductæ, & sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ, & verificatæ fuerint, & ex quocumque alio capite, causa, occasione, & prætextu de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, rescindi, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ac sic concessio quæpiam in iudicio, vel extra uti minime possit, sed easdem præsentibus semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, plenamque roboris firmitatem obtinere, & inviolabiliter observari; Sicque desuper per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac quovis alios quacumque auctoritate fungentes in qualibet instantia semper, & ubique, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit nostra de jure quæsito non tollendo, necnon legibus, & municipalibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis personis, & locis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter,

E. e. z